



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

199. Item de incestis & eorum pœnitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Lib. 5. Capitular. c. 101.
Burchard. lib. 17. c. 9.

rit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam ampliùs conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri. [*Caput istud additum est ex codice manuscripto. Non extat enim in editione Helmestadiensi.*]

De eo qui filiolum suam polluit.
Vnde supra.

Rhab. ibid.
Burchard. lib. 17. c. 26.

S. Gregor. lib. 4. dialog. c. 32.

CXC VIII. Quàm detestabile & execrabile scelus sit unicuique Christiano filiolum suam constuprare testatur sanctus Gregorius Papa in dialogis suis: ubi refert quendam hominem polluisse filiolum suam, & quia neglexit pœnitentiam agere, subito miserabili morbo correptus expiravit, & sepultus, non solum corpus, sed etiam omne sepulcrum, ignis invisibilis consumpsit.

Item de incestis & eorum pœnitentia.
Ex Concilio Mogonciacensi.

Rhab. ibid.
Burchard. lib. 17. c. 8.

CXC IX. Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum noverca sua, vel cum amita sua, vel cum matre sua, vel cum filia patris sui & avunculi sui, vel cum filia amitæ suæ sive materteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre aut filiola sua, sive quam de fonte suscepit, vel ante Episcopum tenuerit, & si qua mulier simili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu domus Dei annum; & eodem anno, nisi dominicis & festis diebus, solummodo pane & aqua & sale utatur.